

J. K.
113,3

X 1884085

*de incertitudine circa gentium et urbium
Germania origines.*

II n
1453

ACTUM DRAMATICUM

qvo

INSIGNIA ALTENBURGENSIA,

Philologicè, Historicè & Hieroglyphicè
exponentur,

ut

EMINENTISSIMI URBIS PROCERES

omnesque

SCHOLÆ PATRONI & FAUTORES

suâ præsentia ornare,

et d. 18. Nov. post horam 1. pomerid.

in Auditorio Scholæ Primario

comparere haud graventur,

submisse rogat

M. SAMUEL GROSSER,

Illustris Scholæ Rector.

Altenburgi literis Richterianis.





Entium aut urbium origines

exposituri parùm ritè suo munere se fungi arbitrantur, nisi conditores earum vel ex arcâ Nöæ vel ex equo Trojano traxerint. Nec in eò temerè laborant; namque quoniam ex ipsius Ovidii sententiâ is, qui ortum

Principiumque sui generis; revolutaque quærit

Secula, cognatos surgit ad usque Deos:

non iniquè faciunt, qui ultimam præteritorum temporum memoriam respicientes à Noächi posteris, aut iis qui excidio Trojano dicuntur interfuisse, capiunt initium. Sed tum temporum injuria, tum interjectorum Seculorum rigida barbaries præcipua vetustatis monumenta planè consumsit. Hinc aut nulla prorsus, aut tamen adeò obscura vestigia supersunt, ut omnibus tentatis & collatis vix certi quicquam liceat asserere. Et plerique quos investigandarum originum cura hactenus defatigavit, plus difficultatis & incertitudinis prodidere, quàm indubitatae veritatis. Quibus ex causis multa adhuc in tenebris jacent, quantumcunque lumen (quod tñ. maximum est) viri clari suis literis accendere laborarunt. Non excurram longius, verùm solius Historiæ Germanicæ rationem hic exemplo esse posse, breviter monstrabo. Germanos *Strabo* à similitudine morum quâ ad Gallos proximè accedant dictos esse putat. *a)* *Fournierius* autem, uti Alemannos à colluvie variorum populorum, ita Germanos voce Gallicâ à belli studio primum vocatos esse asserit. *β)* *Reineccius* Germanos à *Thogarmâ* Japeti nepote & ortos & per *τιΘαίρεσιν* titulo honestatos esse tradit, idque ex Ezechielis Geographica descriptione quâ c. 38. *Thogarmæ* posteris Septentrionem vindicat: *γ)* Verùm contradicit *Hornius*, & à *Thogarmâ* Armenios Pannoniosque descendisse arbitratur, *δ)* contradicit etiam *Cluverus*, *ε)* & perinde ac *Hornius* Germanos ab *Ascenaze* deducit. Sunt denique, qui Germanos ex *Cararamanis* ortos pariter & dictos arbitrantur; quibus quanquam rudera Linguae Teutonicæ in Turcis, Persis aliisque Asiæ præsertim minoris populis occurrentia favere videantur: non alia tamen argumenta gignunt, quàm quæ ancipitem cogitandi causam afferunt. In Saxonum origine investigandâ simile quid contigit. Hos quippe cum *Neu-Waldo Petrus Albinus* *ζ)* à Sacis Scythiæ populis, quorum *P. Mela* L. III, c. 5. meminit; alii à Saxone Vandali fratre, de quo tamen silent monumenta Veterum; *Du Fresne*, & qui cum eo faciunt, à certa cultellorum specie (quos *Witechind. Corb.* allegat) nomen consecutos esse referunt. Nec forte desunt quibus eorum probatur opinio, qui inquiunt: quod Saxonum nomen Germanis initio propè com-

a) L.VIII.

β) Georg. T. de Germ. c.1.

γ) Tr. de Origine Misen. Fabric. Annal. Misn. adj. p. 203.

δ) Arcâ Noe p. 109.

ε) Germ. Antiqu. L.I. c. 4.

ζ) Meisnif. Land Chron p. 394.

commune fuerit ob habitum s. vestium morem, siquidem P. Me-
 la L. III. c. 3. inquit: viros in Germania SAGIS velari solitos fuisse.
 Nonnulli jam primis fortè post diluuium temporibus Saxo-
 num nomen fuisse frequentatum arbitrantur, quoniam
 antiquissimi Scriptores eorum videntur meminisse: alii
 id apud Orosium primùm reperiri contendunt. Unde iterum
 apparet in ambiguo versari Historicos, dum Saxonum originem
 jam ex Oriente, jam è Septentrione (puta Chersoneso Cymbri-
 cã) deducunt. Et quid de Originibus Misniæ existimandum est?
 Sanè non minor quàm in reliquarum Gentium ortu declarando
 scrupulus objicitur. Hos communiter, à Mysiis qui ex oriente
 profecti in his oris intra Salam & Albim consedisse perhibentur
 prodiiisse autumant. Sed etiam hic de hujus demigrationis tempore
 nondum satis clara atque satis digna fide testimonia citantur.
 Reineccius equidem conjicit, factum id fuisse A. C. 200. post An-
 toninorum Imperium: ut pote quo tempore Tyingetis juncti huc
 concesserint: sed hæc & alia quæ passim afferuntur lubrica tan-
 tum argumenta gignunt; Hinc Albinus, quando Mysiorum cau-
 sam agit, filum jam abrumpit, jam sententiam suspendit, jam so-
 lam opinionem prodit, quem etiam sequitur *Autor Vitæ illustrium Saxonie Heroum.* n) Sed prorsus improbat opiniones istas
 Buchnerus θ) & ineptire eos putat, qui Misnios à Mysiis ortum
 trahere existiment. Istam tamen de Misniorum à Mysiis du-
 ctâ origine opinionem nonnihil confirmare videtur L. III.
 ff. de officiis Assessorum, ubi Provinciæ divisæ sub duobus
 Præsidibus constitutæ velut exemplum sistitur *Germania & My-
 sia;* cum enim Legem hanc fortè fortunâ ab *Hachenbergio* i) allega-
 tam offenderem: non potui eam planè susque deque habere.
 Verum & hic adhuc gladio Alexandri opus foret, si ex omni par-
 te nodus iste Gordius solvi deberet. Ut enim vel unicum saltem
 Argumentum proferam, Misnia à *Misfis* nominata dici potest, quo
 vocabulo circa Politicæ Germanicæ primordia Judices venere. Ita
 nimirum citante *Hachenbergio* κ) Tit. XXVII. Legum Aleman-
 nicarum institutum est: *ut conventus coram comite aut MISSO fiant.*
 Nolo tamen hisce disceptationibus me altius immergere. Quan-
 quam enim, privatis meis meditationibus in hujus generis rebus
 paulò prolixius nonnunquam indulgeam: hic tamen instituti ratio
 nil aliud postulat, quàm ut ostendam in originibus investigandis
 sententias ut plurimum sibi non constare, nec constare satis posse.
 Ut itaque de urbium originibus dubiis exempla quædam profe-
 ram, non injuriâ *Hamburgum* in primis provoco. Huic urbi no-
 men ab *Hammone* inditum fuisse qui contendunt, quique id ex Pla-
 netarum numero factum fabulantur: meritò atro carbone notan-
 tur. Ast ne in remotâ Albis ripâ hæreamus, habet ipsa Sala ur-
 bem dubiæ originis, si Historicorum scripta conferamus. Hanc
 quippe urbem alii à *Marso*, aut à *Marcomanno*, præeunte Lazio λ)
 alii ab *Irmo* seu *Martis Idolo* notatam esse tradunt. μ) Sed sicut
 de ipso hujus Idoli nomine adhuc sub judice lis est, cum nec
Hermisul ab *Hermione*, nec *Arminsul* ab *Arminio*, nec *Ermensul* à *Mer-
 curio* qui Græcis ἐρμῆς vocatur, sed potius *Armen-Seul* h. e. paupe-
 rum refugium ad instar vocum *Irmenfried* & *Irmingard* dicendum vi-
 deatur: magis mihi placent, qui à *Martiis Romanorum castris*
 urbis natales petunt. Talia dum refero recordor moniti Cicero-
 niani:

n) *Autor des Sächf. Hel- den Saals* p. 227.

θ) *Sub voce Saxo in Thef. Fab. p. 476.*

i) *Diss. de Notit. Germ. Veter. p. 5. §. 3.*

κ) *Diss. de notitiâ veteris Germ. §. 8*

λ) *de Migrationib. Gent.* p. 514.

μ) *Fab. Orig. Sax. L. II.* p. 131.

FA
11a
1453

Off. L. i. niani: v) non nimis magnum studium conferendum esse in res obscuras, difficiles, easdemq; non necessarias. Quamobrem tamen adolescentis etiam sit desiderio teneri patriæ noscendæ atque pernoscendæ: cohibere tamen in Alumnis meis soleo hunc impetum, quoties in nimis abstrusa incidunt. Cum verò nuper à me postularent materiam, in quâ & stylo pariter & historiæ vacare possent: *Altenburgum* commendavi. Equidem merentur Urbis natales ut è tenebris, in quibus situm propè contraxerunt, eruantur: eoque magis, quia, urbs non minus vetustate quam fatorum variâ vicissitudine est memorabilis. Hoc quippe non tantum impositio nominis evincit, quam Henrico Aucupi post abrogatum *Plissæ* s. *Plisnæ* Titulum adscribunt: sed etiam permulta alia in promptu sunt, quibus vetustatis gloria confirmari potest. Sed quia id negotii aliis relictum esse sentio, ut urbis originem stylo prosequantur: meis Alumnis urbis insignia eorumque originem proposui, in quibus exponendis suam exercerent dicendi facultatem. Fiet ergo id sequenti ratione:

I. Nonnulli, quorum infra fiet mentio, Auditores *περοφωνήσει* metrico-melicâ excipient:

II. Deinde exponent insignia, & quidem ortum & usum eorum in genere

a) PHILOGOLOGICE per rationes dubitandi & decidendi persequentur

NOBILIS *Johann Christoph Werstler* / Torm. Misn.

CIVIS *Gottlieb Badtsübner* / Trev. Thuring.

PHILOGOLOGUS *Friedrich August Ustleber* / Altenb.

HISTORICUS *Johann Weller* Crimz. Misn.

Rusticus *Samuel Wiedemann* Altenb.

b) HISTORICE in specie Insignia *Altenburgensia* ab origine exponet

MERCURIUS *Daniel Wagener* / Lichtenst.

γ) HIEROGLYPHICE tanquam Symbola Ethico-Politica singulas insignium partes explicabunt, dum

APOLLO, Rosam	} tanquam } Symbolum	} <i>Εὐδαιμονίας</i> , & sufficientiæ } Fortitudinis } Justitiæ } Divinæ providentiæ }	} expo- } } net. }
MARS Leonem			
MINERVA Manum			
URANIA Turrim			

Facient id autem, iidem qui Auditores cantabundi excipient

Christian Friedrich Stranz }
Johann Heinrich Schumann } } *Altenburgenses.*

Helmhard Mathias Rosner Ratisbon.

Johann Friedrich Schröter / Lipsiens.

III. Scenam claudet & decentes Auditoribus persolvat gratias
FAMA, *August Friedrich Kayser* Altenb.

Quæ dum in Lyceo nostro peragentur, ut frequentes & adesse velint, & quæ proponuntur æqui boniq; consulere EMINENTISSIMIS URBIS PROCERES omnesq; SCHOLÆ PATRONI & FAUTORES etiam atque etiam submissè contendo. Dabam è Museo
d. 17. Nov. A. O. R. MDC XCII.

☉ (* *) ☉

WOM
no



Principi
Secu

non iniquè faci
moriã respici
iano dicuntur
rum injuria, tu
præcipua vetu
nulla prorsus,
omnibus tentat
rere. Et pler
ctenus defatiga
dere, quã in
huc in tenebris
maximum est
Non excurrant
rationem hic ex
manos Strabo à
accedant dictos
à colluvie vario
à belli studio pr
manos à Thogari
lo honestatos e
scriptione quã
dicat: γ) Ver
nios Pannonios
Cluverus, ε) & p
ducit. Sunt de
riter & dictos a
Teutonicæ in
populis occurre
menta gignunt
runt. In Saxo
Hos quippe c
populis, quoru
Vandali fratre

- a) L.VIII.
- β) Georg. T. de Germ. c.1.
- γ) Tr. de Origine Misen. Fabric. Annal. Misn. adj. p. 203.
- δ) Arc. Noe p. 109.
- ε) Germ. Antiqu. L. 1. c. 4.
- ζ) Meissnif. Land Chron p. 394.

Kodak LICENSED PRODUCT
 KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
 3/Color Black
 White
 Magenta
 Red
 Yellow
 Green
 Cyan
 Blue

n origines
unere se fungi
arum vel ex ar
o traxerint. Nec
nque quoniam
s qui ortum
e quærit
eos:
temporum me
ui excidio Tro
ed tum tempo
gida barbaries
ntit. Hinc aut
superfunt, ut
m liceat affe
ginum cura ha
itudinis prodi
ausis multa ad
en (quod tn.
ere laborarunt.
iæ Germanicæ
strabo. Ger
allos proximè
uti Alemannos
s voce Gallicâ
Reineccius Ger
r *ειφαιρεων* titu
egraphicâ de
entricnem vin
garmâ Arme
p tradicit etiam
Ascenaze de
manis ortos pa
udera Linguae
ertim minoris
a tamen argu
di causam affe
quid contigit.
Saxis Scythiæ
alii à Saxone
enta Veterum;
Du Fresne, & qui cum eo faciunt, a certa cutellorum specie
(quos Witechind. Corb. allegat) nomen consecutos esse re
ferunt. Nec forte desunt quibus eorum probatur opinio,
qui inquit: quod Saxonum nomen Germanis initio propè
com-

